



1486
17977

PROCANCELLARIUS
D. HENRICVS GOTTFRIDVS
BAVERVS

ORDINARIUS

S V M M O S

IN IVRE HONORES
IOANNI GVIELMVO VOLCKMANNO

IN
AVDITORIO IVRISCONSULTORVM

D. V. OCTOBR. A. C. MDCCXCVII.

IPSO MERIDIE

TRIBVENDOS INDICIT

IN SVNT

Responfor. Iur. LXXXIV et LXXXV.

GROGENGELLETTIUS
D. HENRICAS GOTTLIEDAS
BAYERIS
OXONIANARIA
SUMMOS
IN TURKE HODZHOES
LOVANI GYNTHE MO LOECKWUNNO
ATDITIONIS IN CONVENTORIUM
D. A. OCTOBR. 17. C. MDCCLXII
TIRIO D. STEPH.

RESPONS. LXXXIV.

Prout fideicomissa, causas priuationis restrictiuam interpretationem exigere, exemplo illustratur.

Quemadmodum, vbi de fideicommittendi voluntate constat, naturae fideicommissorum insistendum, nec liberius, quod ei repugnet, fiduciario arbitrium tribuendum est, quod in praecedente obseruatione demonstrasse mihi video, prefecto non minus verum est, fideicommissum non temere admittendum esse. Hoc enim consilium notissimae iuris regulae commendant, quae pro regula, non pro exceptione, pro dominii libertate, non circumscriptione, pro haeredis fauore, non inuidia, praesumere praecipiunt. Inde in fideicommissio familiae relichto, si non singularem succedendi ordinem testator stabiluit, legitimum sequimur.

Nuperrime nobis fideicommissum eiusmodi proponebatur, in cuius interpretatione hanc ineundam esse rationem facile omnes consentiebamus. Nobilis quidam in eunte hoc seculo ordinem succedendi in praediis post se relictis inter agnatos in testamento suo prescrisperat, simulque professus fuerat, sua interesse, ut, qui ex gente sua aliquando ad successionem praediorum suorum adspirare velint, aequales



nuptias, quippe cum muliere auitae nobilitatis contrahant, et fidem Christianam, quae nomen a Luthero acceperit, profiteantur, si secus fecerint, a possessione praediorum suorum abstineant, adeoque, si qui forte inter posteros futuri fuerint heterodoxi, vel ex inaequali eiusmodi matrimonio progeniti, eos omnes a successione iusserrat defistere, vel, si capessiuerint possessionem, ab ea remoueri.

Possessore pridie vita defuncto, eius filio, ordine ad successionem proximo, status quaestionem patruelis mouebat propter matrimonium ab eo cum foemina non auitae nobilitatis contractum, ob eamque rem successionem sibi delatam esse contendebat. Quod, an iure peteretur, ex nobis quaerebatur.

Et quanquam ex testamento apparebat, auctorem fideicommissi in statu suo auitae nobilitatis sibi mirifice placuisse; quanquam futuris omnibus agnatis et successoribus praediorum hanc legem scripserat, ut gentem suam in hoc statu conservauerent, et inaequale coniugium cane peius et angue fuserent; quanquam testatoris votum, sive spes ab eo concepta gignere fideicommissum valet, quod exempla in BERGERI *Oec. Iur. Lib. II. Tit. IV. §. 32. not. 5.* exhibita docent; quanquam denique ducere vxorem, nequaquam vero ex matre nasci vitio verti, vel, ut sermone Philosophorum vtar, imputari posse intelligitur: Nobis sufficere videbatur, testatorem ex posteris agnatisque suis non eos, qui matrimonium ex sua opinione inaequale et probrosum inierint, sed ex eiusmodi,

modi matrimonio nascituros successionis impares iussisse, adeoque comminatione danni, quod liberis immineret, parentes ad coniugia ex voto suo ineunda inuitare voluisse, eosque, qui ex imaginibus commendationem haberent, solos successione dignos habuisse. Accedere, si fideicomissa strictam requirant interpretationem, v. BERGER. d. l. §. 35. causas priuationis eandem ex notissimo illo, aegrius quis eiicitur, quam non admittitur, non minus exigere.

Adeoque iniustam esse patruelis petitionem respondimus. En ipsum responsum:

Ob nun wohl in facto vorauzusetzen ist, daß der Stifter angezogner Successions-Ordnung Sempron der erste Erwerber der Güther, mitlin seinen in der empfangenen Investitur begriffenen Descendenten, sowohl nach vorhandenen Verträgen denen Mitbelehrten durch eine letzte Willensverordnung gewisse zu Behauptung der Succession nöthige Vorschriften habe machen können, und daß folglich nach selbigen das Successions-Recht zu beurtheilen sey; Hiernächst Testamente nicht wie Verträge die eingeschränkteste, sondern vielmehr eine freyere der wahren Absicht des Stifters angemessene Deutung erfordern, l. 23. l. 12. l. 96. D. d. R. I. In der alltier zum Grunde der Endscheidung liegenden Stiftung aber nach der uns zugekommenen Geschichtserzählung sich folgende Worte finden: „Es hege der Stifter zu seinen gesammtlichen Lehns-Successoren das Vertrauen, daß sie jedesmahl in valte Adel. Stifts- und Turniermäßige Familien zu heyrathen suchen müßwürden, und wollte er auf den unverhofften Fall, da einer oder der andere in ein Geschlecht, wo nicht 32. Ahnen väterlicher und mütter-



„sicher Seite vorhanden, heyrathen sollte, denselben von der Succession gänzlich ausgeschlossen haben.“ Welche Verordnung dem Sohne des verstorbenen Fideicommiss-Besitzers um so mehr für entgegen stehend geachtet werden dürfte, da er vor dem eingetretenen Anfalle in einer vom Stifter gemäßbilligten Lage sich befunden:

Dennoch aber und dieweil der Stifter es bey nur angezogener Verordnung nicht bewenden lassen, sondern in denen darauf folgenden Worten, wie er solche verstanden wissen wolle, sich dergestalt erklüret, daß die aus einer solchen Ehe, da die Mütter nicht väter- und mütterlicher Seite 32 Ahnen habe, zu erzeugende Kinder auf beständig von der Succession ausgeschlossen seyn sollen; hierdurch aber derselbe mit gnüglicher Deutlichkeit zu erkennen gegeben, daß er denjenigen seiner Nachkommenſchaft, welcher der gegebenen Vorschrift nicht allerdings gemäß sich verehelichen würde, zwar für seine Person, nicht aber dessen Kinder, zur Succession lassen wolle; Und denn, daß dieses des Fideicommittentis wahre Willensmeynung gewesen sey, nicht allein der Wort-Verbindung, und der bey Fideicommisarischen von der gesetzmäßigen Ordnung abweichenden Verfügungen erforderlichen eingeschränktesten Deutung halber anzunehmen, sondern auch deswegen um so weniger zu bezweifeln ist, jemehr diese Auslegung mit der in Teutschland hergebrachten Succession des hohen Adels übereinkommt, wonach bekannter Maassen Fürsten, wenn sie sich nicht ebenbürtig verehelichen, zwar nicht für ihre Personen ihrer Reichs-Lehne verlustig werden, solche jedoch auf die aus der ungleichen Ehe erzeugten Kinder zu verfallen nicht vermögen; Diesemach mit gnüglicher Gewißheit hervorgehet, daß der mit seiner Abkunft und deren von ihm selbst erwähn-

erwähnten Vorrechten des Alten Stamm-Adels so sehr zufriedene Stifter nur mit gleichen Vorzügen begabten Personen die Succession habe angeleihen lassen wollen:

So ist zwar wohl der Sohn des verstorbenen Besitzers, nicht aber die aus dessen gegenwärtiger Ehe vorhandene oder annoch zu hoffende Descendenz, was die in Frage befindigen Fideicommis-Güther betrifft, für Successionsfähig zu achten. V. R. W.

RESPONS. LXXXV.

Num spurius baeres scriptus locum faciat querelae inofficiosi a fratribus mouendae.

In l. 27. C. de Inoffic. testam. fratribus consanguineis contra haeredem fratris, leuis notae macula adspersum, inofficiosi testamenti querela tribuitur. Eiusmodi macula notatis annumerat BERGER. in Oecon. Iur. Lib. I. Tit. II. §. 13. cum eoque complures alii spurious, adeoque consequi videtur, contra spurium haeredem scriptum a fratre testatoris querelam hanc obtinere locum.

Quam ob rem, iure an iniuria spuriis leuis notae macula contaminatis accenseantur, inquirendum est.

Iustum fustium non infamare, diserte profitetur MARCELLVS in l. 22. D. d. his qui notant. infam. sed caussam passio-

paffionis, si talis fuerit, qualis infamiam irroget. Quod ipso simul profiterur, fustibus contra ius afflictum non infamari. Idem diserte confirmat *l. 14. C. ex quib. cauf. infam. irrog.* Verba *l. 26. d. Poen.* haec sunt: *Crimen vel poena paterna nullam maculam filio infligere potest, namque virus quisque ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur.* Eundemque in modum Imperatores in *l. 22. C. d. Poen.* pronunciant: *Ibi esse poenam statuimus, ubi et noxia est, propinquos, notos, familiares procul a calumnia submovemus, quod reos sceleris societas non facit.* — — *Peccata fuos teneant autores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.*


Secundum haec quis dubitauerit, Romanos, quorum leges veram, passimque, prout in his, insignem sapientiam spirant, solos eos, quibus turpe factum opprobrio fuerit, infamia vel alia eiusmodi, leuiorise turpitudinis macula notandos censuisse. Et quis quaeſo sapiens natales duxerit opprobrio esse posse. Quam ob rem in hoc statuta collegii nostri probare non possum, qui ex legitimo matrimonio natum esse inter Doctoratus capessendi requisita collocant. Ut potius hunc morem litterarum incremento pernicioſum ducam. Siquidem experientia docemur, ingenii acumine et iudicij acie in primis insignes ex furtivo saepius amore prodidisse. Quibus adeo iustius Romani viam ad honores non praeccludunt. Audiamus PAPINIANVM in *l. 6. D. d. Decurion.* qui sic habet: *Spurii decuriones sunt, et ideo fieri poterit ex incestu quoque natus, non enim impedienda est dignitas eius, qui nihil admisit.*

¶

admisit. Accepimus vero a Romanis testamenta, accepimus
inofficiosi testamenti querelam.

Quam ob rem leuis notae maculam folido, aliisque
despectui habito vitae generi vnicet superstruendam esse
satus duco. Et si forte alii, secuti iuris interpretum, quo-
rum magna est in foro auctoritas, sententiam, vt hanc aliis
persuadeant, ad morem in Germania receptum prouocent,
illos scire velim, consuetudinem a natura humana, et eius
praeceptis aberrantem, iisque refragantem vim iuris assequi
omnino non posse. Ut potius, quibus reipublicae salus cu-
rae cordique est, istiusmodi ineptias ridere, iisque omni
opere et studio reluctari incumbat. Quo videlicet inter-
missio, nihil cautioni et praefidio esset contra inhumanum
istud et vere execrandum vetularum, proh dolor pluri-
mis ex plebe commendabile ratiocinium, qui timore,
ne excitorioris, lictoris certe opus suum facere videantur,
perterriti, sibi persuaderi non sinunt, religionem et humani-
tatem exigere, vt, qui primus suspensum viderit, laqueum
praecidat, hominemque, si fieri possit, vitae restituat. Nec
desunt plures eiusmodi ineptiae, quas incurrire periculum
facimus, si a rationis dictamine latum vnguem nos abduci
patimur.

Igitur quum his ipsis diebus acta judicialia nobis trade-
rentur, in quibus spurium haeredem defuncti testatoris fra-



tres germani praeteriti querela inofficioſi testamenti aggressi fuerant, eorum petitioni non esse concedendum, praemissis potissimum rationibus permoti, plura enim hac de re legere, si lubet, licet in HOMMELII *Rhaps. Obs.* 615. et in PVITTMANNI *Dissert. De querela inofficioſi fratribus contra spurios haud competente, decreuimus.*

Verba sententiac nostrae haec sunt: *Daß derer Klägere Suchen nicht statt hat. Die auf diesen Prozeß verwandten Unkosten aber sind gegen einander aufzuheben V. R. W.* Subiectaque rationes sic expressae: *Obovohl Geschwistern wider den eingesetzten Erben ihres Bruders, wenn er eine anrüchtige oder gegen andere herabgewürdigte (leuis notae macula laborans) Person ist, l. 27. C. d. inoffic. testam. klagbar zu werden gestattet; Unter der Classe letz gedachter Personen aber zugleich uneheliche Kinder ausgeführt werden, s. BERGER. *Oecon. Iur. L. I. Tit. II. §. 13.* MENCKEN. ad Pandect. Lib. III. Tit. II. §. 8. welche zum Beweise dieser Meynung auf l. II. C. d. Naturall. lib. sich beziehen; Annaben Klägere nicht ohne rechtlichen Anschein die in HOMMEL. *Rhaps. Obs* 615. enthaltene gegenthellige Meynung nur auf den Fall, wenn der eingesetzte Erbe des Erblassers natürlicher Sohn ist, eingefchränkt wissen wollen, und, daß hierzu aus dem in Frage befangenen Testamente keine Vermuthung vorhanden sey, zu behaupten suchen; Diesemnach daß entweder der angestellten Klage allerdings statt zu geben, oder auf die dem Testamente angefügte codicillarische Clauſel Rückſicht zu nehmen, und äußersten Falts Beklagtens Pfleg befohlner*

befohner als heres Fideicommissarius anzusehen sey, dafür gehalten werden könnte:

Dennoch aber und dieweil ob angezogene l. II. C. d. Naturall. lib. zwar unter ehelichen und unehelichen Kindern in Ansehung der Successionis legitimae unterscheidet, keineswegs aber denen letzteren leuis notae maculam beylegt, oder solches zu thun Veranlassung giebt, daß vielmehr alle dahin abzweckende Gesetze, tot. tit. d. his qui notant. infam. und tit. C. ex quib. caus. infam. sowohl aus selbigen einige, und sonst mehrere Stellen, als l. 22. d. tit. de his etc. l. 14. d. tit. Cod. l. 6. D. d. Decurion. l. 38. C. eod. l. 26. D. und l. 22. C. d. Poen. ausdrücklich besagen, daß in Ermangelung einiger Zurechnung so wenig jemand für ehrlos, als für anrüchtig zu achten, und eben deswegen der Grund dazu nicht in einer erlittenen Strafe, sondern in der vorhergegangenen, oder als geschehen angenommenen Handlung zu suchen, auch diese nur dem Thüter selbst, nicht aber dessen Kindern zur Last zu legen sey; Wannenhero, und jemehr aus dem Inhalte ged. tit. d. his, qui not. infam. von selbst in die Augen leuchtet, daß mehrere daselbst angezogene Gründe der Ehrlösigkeit nach heutigen Rechten diese Folge nicht nach sich ziehen, eben so wenig die Billigkeit gestattet, den niedrigsten Grad des Vorwurfs, die Herabwürdigung unter andere (leuis notae maculam) sich gegen Personen, welchen nichts zur Last fällt, in den Sinn kommen zu lassen; Auch eben deswegen niedrige Beschäftigungen, so lange sie getrieben werden, für den allein schatthaften Grund der Geringsschätzung zu achten sind, und so widerfinnigen als schädlichen Vorurtheilen der niedrigen Volks-Classe, besonders derer Handwerker,

welche sogar rühmliche und um das Wohl der Menschheit verdienstliche Handlungen, als z. B. Rettung Ertrunkener, Abschneiden sich selbst Erhängter, zum Vorwurfe machen, entgegen zu arbeiten ist; Des Uniflants in gegenwärtiger Sache, wonach aus denen bes. Fol. 12^b. seq. der Mutter des eingesetzten Erbens geeigneten Vortheilen, daß der Erblasser letztern für seinen Sohn in der That gehalten habe, ob er schon denselben ausdrücklich dafür nicht anerkannt, die stärkste Vermuthung herfürgehet, nicht zu gedenken, so ist etc.

His meditationibus publice profitendis locum dedit

VIR ORNATISSIMVS

IOANNES WILHELMVS VOLCKMANN

qui vitae adhuc in litteris transactae has nobis lineas exhibuit:

Natus sum Zschortauiae in huius urbis vicinia d. x.
Febr. a. cIccLXXII patre Ioanne Iacobo, Hambur-
gensi, qui quum, intinere per complures Europae regio-
nes facto, Aureliae summos in vtroque iure honores
adeptus esset, sedem Lipsiae fixit, et matre Eleonora
Henrietta e gente Welkia. Primam institutionem in sede

pater-

paterna per duos annos a Meisnero accepi; qui quum in
 hac academia professoris philosophiae munus conseque-
 tur, aliorum magistrorum disciplinae traditus sum.
 Inde a. 1790, rectore Gehlero inter ciues academie re-
 ceptus, in philosophia scholas frequentauit Plattneri, Cae-
 faris, et Heidenreichii; in historia, Beckii, et Wielandii;
 in mathematicis et physicis doctrinis Hindenburgii et Rei-
 chelii; in philologiae studiis Beckii, Ernesti, et Her-
 manni. Iurisprudentiae autem operam dedi ducibus Bie-
 nero, Stockmanno, Hauboldo, Einerto, Siegmanno,
 Weissio, et Blümnero. A. 1794 Hermanno socius fui in
 defendenda eius dissertatione: *De poëeos generibus.*
 Sequuto inde anno iuris nonnulla capita, praeside ill. Rau,
 publice defendi. Ita quum, interruptis saepius aduersa
 valetudine, qua inde ab incunabulis v̄sus sum, studiis
 meis, exacto demum lustro, cursum disciplinae acade-
 miae peregrissim examini me obtuli, quod pro candidatura
 vocatur. Ac quum collegium ill. ICtorum prae caeteris
 me dignum censuisset, qui summos in vtroque iure hono-

B 3

res



res ambirem, mox etiam examen, quod rigorosum vocant, sustinui. Inde Goettingam profectus sum, vbi per anni unius spatium iis maxime doctrinis me dedidi, quae ad ciuitates gubernandas spectant, Beckmanni potissimum et Spittleri et Grellmanni usus institutione. Neque comittendum putauit, quin alios etiam, quibus academia illa floret, viros doctos audirem, Martensem, cognatum, Pütterum, Heynum, Blumenbachium. A Goettinga Hamburgum ad visendos cognatos meos profectus ibique aliquamdiu commoratus, itinere etiam per Holstiam et Danicas regiones ad mare Balticum sitas facto, summo cum desiderio in patriam reuersus sum.


Quibus ita peractis, ad nos redux, ut fidem promissi liberemus, iure suo postulat. Quum enim colloquendo insignem omnis iurisprudentiae copiam, auxiliatrice historiarum cognitione ornatam, beneque ordinatam nobis probasset, quod penes nos est, diligentiae ac scientiae praemium, videlicet summos in iure honores ei decreueramus. Ex qua re ego quidem eo dulciorem laetitiae fructum percepit, quo suauius

suauius mihi inde a multis annis, dixerim potius a longissimo tempore, cum Patre dignissimi huius Candidati Celeberrimo et cordatissimo amicitiae vinculum intercessit, et quo certius experientia me docuit, quibus quantisque deliciis paternum pectus impleatur ac mulceatur, si intellexerit filios iustis rerum arbitris probari, ab iisque laudari.

Igitur si prius noster proximo Mercurii die, hora XI — XII. l. 2. C. d. diuid. tut. in auditorio nostro commilitonibus interpretatus, et insequente Iouis die horis solennibus Dissertationem, cui rubrum est *De Seditione ad Leg. Saxon. d. XVIII. Ian. 1791* a se conscriptam tuitus fuerit, collega amantissimus Vir Excellentiss. EINERTVS supremam iuris Lauream, quaeque ab ea pendent iura et priuilegia omnia, modo spem, aliquando in collegio nostro inter nostros ordinis iure confidendi exceperis, praeuia oratione, ipsa meridiana hora ei tribuet. Huic enim viro pro munere Pro cancellarii, quod gero, hanc promouendi veniam dedi.

TE vero, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, TEQVE PRINCEPS SERENISSIME, et VOS, COMITES ILLVSTRISSIMI, PROCERES VTRIVSQVE REIPVBLICAE GRAVISSIMI, Generosissimum ac nobilissimi academie ciues, vt hunc nostri diem





diem praesentes illustrare et condecorare velitis, obseruan-
tissime rogo.

Scribeb. Lips. Domin. post SS. Trinit. XVI. A. C.
MDCCXCVII.

EX OFFICINA SAALBACHIA.




Leipzig, Diss., 1797

X 2309032

6078



Farbkarte #13



B.I.G.

Black

1426
17977

PROCANCELLARIUS
D. HENRICVS GOTTFRIDVS
BAVERVS
ORDINARIUS

S V M M O S
IN IVRE HONORES
IOANNI GVILIELMO VOLCKMANNO

IN
AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM
D. V. OCTOBR. A. C. MDCCXCVII.
IPSO MERIDIE
TRIBVENDOS INDICIT

IN SVNT

Reponsor. Iur. LXXXIV et LXXXV.